

F.K.
117
86.

(X1904895)

II s
273

*De origine et generatione ranarum
et buxorum*

LITERATIS
 ALUMNORUM LITIBUS
 ARBITROS ELIGIT
 VIROS
 DIGNITATE, PRUDENTIA, FAMA
 IN REPUBLICA
 QVA SACRA QVA CIVILI
 UNDIQVAQVE FLORENTISSIMOS
 UTQVE
 AD DIEM VI. IDUUM MAJI
 EIUS REI JUDICATIONEM
 IN SE RECIPERE VELINT
 ROGAT
 QVAM OFFICIOSE AC OB-
 SEQUENTER

M. JUSTUS Gottfried Rabener Rector.

Typis BECKERIANIS MDC LXXXVII,



H. M. J. J. J.





Obilis inter rerum naturalium scrutatores agi-
tatur quæstio, in nubibusne generati sint bufunculi
cum ranunculis, quæ sæpe post pluviam subito
comparere solent. Et hanc quidem nonnulli tam
securè affirmant, ut aliquis ex eorum secta dispu-
tatione de meteoris aqueis scribere non vereatur:
*De vermibus, ranis & bufonibus tam certa res est, ita ut si,
quis velit dubitare, experientia reclamet.* Enimverò,
liceat sententiam liberè dicere in libera Musarum
republica, nunquam potui adduci, ut istud fieri
crederem, & cum initiò in dubitantium castra transfirem, jam multæ ratio-
nes momentum in negantium partem inclinant. Has in chartam hanc
conjicere placuit, dum discipulis oraturis Confirmationum & Confutatio-
num quædam exempla distribuo. Ne autem statim à principio clamoribus
illorum turber, qui experientiam & fidem historiæ tanquam Gorgonis ca-
put, aut Ajacis clypeum objiciunt, jam nunc pronuncio, me non diffiteri
nonnunquam lacte, sanguine, carne, frumento, farina, lapidibus, lana, ver-
mibus, vitulo etiam, si Avicennæ credimus, pluuisse, sed miraculo, sed pro-
digio. Quam ineptum autem sit hæc naturæ parerga inter *εργα* ejusdem
referre, nemo est tam insulsus, qui non videat. Non igitur omnia in nubi-
bus sunt generata naturaliter, quæ fortè cum pluvia decidunt, sed ad supe-
riores causas referenda. Id si observes, magna ex parte clamorillam
experientiam exarmaveris. Sed agedum ad nostras rationes. Mea hæc
sententia est: Semina ranarum & bufonum nec cum vaporibus posse ele-
vari, nec in nubibus elaborata pendere, nec sine suffocationis periculo
descendere, nec sine vitæ dispendio in terram delabi. De singulis ordine.
Et ranarum quidem sperma glutinosum & grave ita cohæret, ut credulus sit
oportet, qui illud cum levissimis corpusculis elevari posse in tantam altitu-
dinem credat. Bufonum autem genitura solo colore nigro differt à ranarum
semine. Id quo minus virtute solis attrahi queat, obstat, quod in cellarum sub-
terraneis cavernis repositum reperimus, nunquam sub divo radiis exposi-
tum. Sed fingamus quacunque ratione elevari posse in pluviarum patriam,
non tamen video, qui graviscula hæc corpora suspendi queant inter levissi-
mas atomos, ex quibus tota nubes constat, priusquam expressis igniculis in
guttulas iterum resolvatur, quo facto illæ suo pte pondere statim ad centrum
mundi relabuntur. In descensu autem respiratione opus esse animantibus
hisce qui negaverit, vitam simul eripiet, & tamen hanc impediri certum
est. Ad respirationem enim non attractio modo aëris, sed & remissio requi-
ritur, quæ ultima pars æstus hujus impeditur violenta incurvatione aëris à
corpusculo divisi. Et si bufunculi periculum hoc suffocationis evaserint,
lapsu tamen ad terram aut lapides afflicti exanimabuntur. Hic mihi aliquis
cogitet nubium altitudinem, quæ quamvis dispar sit, nunquam tamen
gravidæ tam prope à terra absunt, ut non ingens illud spatium, quod caden-
tibus absolvendum est, sufficiat ad interitum. Experiri quis rem poterit,
si saltem ex altissima turri ranam demittat. Aut enim præcipitio peribit, aut
suffocatione. Substernat in fidem hujus rei vel mollissimam ex plumis cul-
citram, vel vas aqua plenum, ut in proprium elementum relabatur. Ego
quidem ranas & bufones pedibus apprehensos sæpè quantum potui in al-
tum projeci, & observavi sive lapsu, sive quod aër superior ad respiratio-
nem illorum non proportionatus (utar enim necessario vocabulo) diu im-
motos jacuisse. Jam colligat quis, quid in tanto altiore descensu futurum
sit? Unum regeri posset, non perpendiculari fieri istum, sed in latus à vento
inclinari bestiolas, quod forte casum molliorem faceret, nisi experientia
compertum esset, grandes illas guttas ferè recta linea descendere, cum qui-
bus ranas advenisse observasse nonnulli volunt. Quin bufones terrestres,
quibus frequentius pluere affirmant, aquam quoque ita reformidant, ut in
eam projecti properè ad ripam enatent. Et, si omninò ex nubibus dela-
bun-

buntur, quæ fit, cum viatores sæpe pluvia deprehendat, nemo tamen unquam decidere vidit, sed decidisse. Cur nemo in pileos, currus, tecta domorum, naves, tabulata delapsos sensit? Nimirum turpis hæc pullities in cavernis suis exclusa imbris verni tepore sollicitata in publicum prorepens cælo decidisse à vulgo creditur nunquam ante eo loco visa. Ut miserabili risu digni videantur, qui mala causæ patronum Ælianum quærent. Hunc enim, ajunt, diserte testari *lib. 17. cap. 4. Autoriatos Indos plurimis ranis de cælo apsis in alium locum migrare coactos esse, & lib. 2. cap. 26. αυτοψίαν suam allegare, quod nempe in itinere ex Neapoli Italica Dicearchiam versus viderit ranis pluuisse, quarum anterior pars binis innixa pedibus reperit, posterior adhuc informis, & tanquam ex cæno humido coalita, tracta sit.* Imò ex hoc ipso colligo ex limo natas fuisse, cujusmodi quid in Ægypto quotannis accidere solet, & Kircherus in vitro imitatus est *Mund. Subterr. l. 8 f. 372.* cum incredibile sit ex tanto intervallo delapsas alteram illam ex cæno partem non fuisse dissipatam, sed coaluisse tam fluidam. An verò generatio æquivoca ex eo probari queat, mea jam nihil interest. Quin ipse ranas vidisse memini, quarum posterior pars in pisciculum desinebat, tam mollem, ut inter digitos contrectantis instar mucilaginis dilaberetur. Deniq; ex instituto Dei terra & aqua producendis ac alendis animantibus destinata in hanc rem benedictionem accepit: Si tale quid revera in nubibus generatur, naturæ ordinem excedit, & ad causas supernaturales referendum.

Fateor quidem, me magnis hic autoritatibus premi Scaligeri *Exercit. 192. § 3.* Olai Magni, Nierenbergii *lib. 4. cap. 16.* Rondeletii, Olai Wormii, Athanasii Kircheri in mundo subterraneo *lib. 12.* quibus tamen Theophrastum, Licetum, Antonium le Grand, Voglerum, alios opponere possem, si emendicatis armis uti placeret. Quid dicam, quod adversariorum pleraque pars aliena fide nititur, aut ita loquitur, ut ad nos potius accedere videantur. Vidit nempe Scaliger complutam terram gyrenulis post semihorulam scaterere totam. Vidit Fallopius *de fossil. cap. 9.* guttas magnas in pulverem recidisse, & statim obortas esse ranulas. Vidit Frommondus ad portas Tornacenses deciduo in aridissimum pulverem imbre repentino tantum subito ranunculorum per ficcum saltantium exercitum extitisse, ut undique nihil pene aliud cerneretur. Vidit Cabeus Anno 1600, in agro Ferrariensi ex decidua nube in pulverem ranarum pluviam oriri. Vidit Schottus 1634, in Sicilia aquæ magnas guttas in pulverosa terra in ranas mutari *Physic. curios. cap. 77. § 7.* Sed hi plerique ex nubibus ipsas ranas decidisse non dicunt, sed in terra natas pluvialibus aquis fecundata. Dicerent hic generationis æquivocæ oïores à ranis terrestribus semina in pulvere deposita obstetricantibus aquis cælestibus vitam accepisse. Sed hanc controversiam meam jam non facio. Magis miror Olaum Wormium, at quantum virum! qui Musei sui *p. 221. seq.* credit murem Norwagicum, Lemmer vocant incolæ, in nubibus nasci, & inde depluere, viviparum animal ex congressu speciei suæ aliàs natum. Id si admiserimus, & cibum in nubibus, & justam adolescendi moram permittere, quæ, si mures in materno utero formentur, ultra menssem postulat. Quæ, autem nubes tam diu in eodem horizonte commoratur, imò sub cælo! Descendunt enim statura perfecta. Quasi verò aut nubes in iisdem locis depluant, ubi vapores collecti, & non continuo fere motu locum mutant. Quanto verisimilius est nubium ventorumque violentia ex fumis Norwegiæ montibus abreptos, quæ Liceti etiam sententia est, deponi. Namque & cacumina illorum sæpe ultra nubes exeunt, & in terra natos eos fuisse culter anatomicus facile probaverit, qui gramen, teste ipso adversario Olao M. *lib. 18. cap. 20.* in ventriculo ipsorum detexit. Hinc procul dubio ille murium Norwagicorum exercitus, qui anno 1658. tanto numero itinera complevit, ut militi profecturo viam intercluderet, Et cur haberent illi partes genitales? cur sexum?

Imprimis autem notandum, quod de nubibus septentrionis habent illarum regionum periti. Esse nimirum quasdam ex fumo ortas, quæ tanto im-

FK To 273

impetu in montium latera invehantur, ut vix viatores deprehensi omni ni-
 fu satis cavere queant, quo minus illarum viabruptantur. Et esse has Hori-
 zonti Norwagico peculiare, vel ex eo conjectari quis queat, quod in vicinam
 Daniam aut Sveciam nunquam quadrupes hæc pluvia decidisse legatur. Hæc
 si probe tenuerimus, non opus erit cum Scaligero in gelido septentrione nu-
 bes putridas fingere, ex quibus muscoli nascantur. Apparebit enim alicun-
 te abreptos etiam in vicinas naves decidere posse, ex quo tamen Wormius
 præcipuum argumentum petit suæ *νεφέλο γενεσίαις*. Et possem quoque huic
 rei aliunde satis facere. Meteorum nempe quoddam est, cujus naturam mi-
 nor a nemine Physicorum, quantum recordor explicatam, nisi quod Plinius
Natural. Histor. lib. 2. cap. 57. columnam vocat, quæ in longam veluti fistulam
 aquam attrahit. Eschillon vocant Galli, quæ nubes est quædam nigra, unde
 cauda longa exit usque ad mare, quæ magna violentia instar antlii aquam at-
 trahit, ut navem quoque in ærem sursum tollere possit unde & maximè time-
 tur a nautis. Observavit hanc pestem in Insula Calderone prope Cretam Ex-
 perientissimus Rauchwolfius *Hodoper. part. 3. cap. 23. p. m. 648.* cujus verba &
 iudicium in rem nostram faciens non possum quin adducam. Ita autem ille:
 Weil wir in dieser Insul Calderon also in wehrenden unstatem Wetter musten stille liegen/
 ließen sich zu Zeiten Wolcken in Form einer großen Seulen sehen/ welche von oben herab auf
 den nechsten Berg giengen/ und ihre Länge ferner sich hienunter ins Meer erstreckten. Wenn
 die das Meer erreicht/ fangen sie bald als durch eine Röhren an zuziehen mit solchen gewalt
 daß das Wasser an dem Ort sich anhebt zu bewegen als wie in einer Ungestüme/ also auch daß
 man nicht allein das Gethöse hören/ sondern auch die starcke Bewegung desselben sehen möchte.
 Am ersten waren sie zimlich lichte/ je länger sie aber stehen blieben/ je dunckler und finsterrer
 sie wurden/ biß sie sich entlich wiederumb erhebet/ und wie ein dicke Nebel über sich in die Luftte
 geschwungen haben. Daher es denn wohl seyn kan/ daß zu Zeiten im Regen Würme/ Frös-
 sche/ Schwämme/ wie auch Schnecklein/ Muscheln &c. Sonderlich an denen Orten/ so näher
 an dem Meere sein gelegen/ mit herab fallen: Wie ich dann deren unterwegen zwischen Bo-
 nonien und Florenz/ auff den hohen Bergen nicht wenig gefunden habe. Jam iudicet æquus
 Lector an statim in nubibus generata esse statuendum sit, quæ deluper cadere videmus. Ni-
 mirum risum movebimus, quem Athanasius Kircherus movisse fertur. Cum enim otiosè huic
 deambulanti ventus pileum viatori in vicinis montibus ereptum ante pedes abjecisset, statim
 cœpit philosophari de generatione pileorum in nubibus. Sed mitto hæc. Quid enim attine-
 ret ex allatrato magnorum virorum maledicentiæ infamiam querere? Veritas una cordi,
 cui si satisfacero egregiè litatum putabo, sin secus meliora docentem seqvar. Præludere
 enim saltem hoc schediasmate volui discipulis, quorum pars ad Regias Scholas jam affectant
 viam, pars virium suarum experimenta capere in publica concione avent. Pro utrisque am-
 bitum honestissimæ voluntatis interpono, utque ad diem Maji 10. adesse velitis ita rogo, ut be-
 neficii instar ipse habiturus sim, si idoneum numerum conficere poterò alternis alumnorum
 litibus. Ex his

Augustus Kühn/Reinsbergensis Prologus aurium operam conducet.
 Johannes Georgius Gumprecht /Freibergensis valedicens fabulam
 Amazonum confutabit.

Samuel Bernhardus Kühn/Voigtsbergensis eandem confirmabit.

Johannes Georgius Dieze/ Gottleubensis Misn. Johannam Papissam
 unquam fuisse negabit.

Georgius Müller/ Falckendorfensis valedicens affirmabit.


Johannes Andreas Bauman/Freibergens: abiens, docebit Fridricum I.
 ab Alexandro III, nunquam fuisse calcatum.

Johannes Christianus Rümmler/ Loppersdorfensis factum asseret.

Vilhelmus Francke/ Freibergensis Henricum VII. venenata Euchari-
 stia non periisse demonstrabit.

Gottlieb Steger/Eppendorfensis abituriens pro facti fide pugnabit.


Johannes Gottfried Böhme/Neuenhofensis Misn, gratiis actis concii-
 onem dimittet.



1077


no





Obilis inter rerum naturalium scrutatores agi-
tatur quæstio, in nubibusne generati sint bufunculi
cum ranunculis, quæ sæpe post pluviam subito
comparere solent. Et hanc quidem nonnulli tam
securè affirmant, ut aliquis ex eorum secta dispu-
tatione de meteoris aqueis scribere non vereatur:
De vermibus, ranis & bufonibus tam certa res est, ita ut si,
quis velit dubitare, experientia reclamet. Enimverò,

crederem, & cum i-
nes momentum in-
conjicere placuit, d-
num quædam exem-
illorum turber, qui
put, aut Ajacis cly-
nonnunquam lacte
mibus, vitulo etian-
digio. Quam inep-
referre, nemo est tam
bus sunt generata n-
riores causas refer-
experientiam exari-
sententia est: Semi-
vari, nec in nubibus
descendere, nec sine
Et ranarum quidem
oportet, qui illud cu-
dinem credat. Bufon-
semine. Id quo minu-
terraneis cavernis re-
tum. Sed fingamus
non tamen video, qui
mas atomos, ex quibus
guttulas iterum refe-
mundi relabuntur.
hisce qui negaverit
est. Ad respiratio-
ritur, quæ ultima pa-
corpusculo divisi.
lapsu tamen ad terra-
cogitet nubium alti-
gravidæ tam prope-
tibus absolvendum
si saltem ex altissima
suffocatione. Subste-
citram, vel vasa aqua
quidem ranas & bu-
tum projecti, & obse-
nem illorum non pro-
motos jacuisse. Jam con-
sit? Unum regeri posset, non perpendiculari fieri istum, sed in latus à vento
inclinari bestiolas, quod forte casum molliorem faceret, nisi experientia
compertum esset, grandes illas guttas ferè recta linea descendere, cum qui-
bus ranas advenisse observasse nonnulli volunt. Quin bufones terrestres,
quibus frequentius pluerè affirmant, aquam quoque ita reformidant, ut in
eam projecti properè ad ripam enitent. Et, si omninò ex nubibus dela-
bun-



ere in libera Musarum
adduci, ut istud fieri
rem, jam multæ ratio-
Has in chartam hanc
tionum & Confutatio-
a principio clamoribus
anquam Gorgonis ca-
ncio, me non diffiteri
na, lapidibus, lana, ver-
sed miraculo, sed pro-
ga inter *εργα* ejusdem
igitur omnia in nubi-
decidunt, sed ad supe-
parte clamoriam illam
s rationes. Mea hæc
a vaporibus posse ele-
suffocationis periculo

De singulis ordine.
ohæret, ut credulus sit
posse in tantam altitu-
igro differt à ranarum
quod in cellarum sub-
sub divo radiis exposi-
a pluviarum patriam,
si queant inter levissi-
expressis igniculis in-
ere statim ad centrum
pus esse animantibus
anc impediri certum
sed & remissio requi-
a incurratione aëris à
suffocationis evaserint,
atur. Hic mihi aliquis
sit, nunquam tamen
spatium, quod cadent-
riri quis rem poterit,
præcipitio peribit, aut
imam ex plumis cul-
um relabatur. Ego
quantum potui in al-
superior ad respiratio-
tio vocabulo) diu im-

